

bus his imaginib. obnoxius sit. Quod si Cometæ à stellis vires habent, & his aut illis gētibus minantur, ut iste sunt stellis uarijs addictæ, atq; istud cōsortium, et ius cœli cū terris nobis abditum sit, quid isti sibi uelint nescio, nisi ut nimiam suorū doctorum inconsiderantiā apertā reddat. In Insubria, exēpli causa Mediolanū soli, Comū aūt proximū, lunę cōmendatum erit: Quis terras, et nō terras tantū, sed oppidula & pagos signis ac stellis proprijs donauit et tradidit? Et si Deus id fecit, quis ista unquā ab eo accepit? Et si in singulorū hominū ortu nihil certi habent, quid statuet indubitate in urbium et oppidorū origine?

Sed Astrologis in præsentia prætermissis viros longē <sup>Cap. v.</sup> grauiissimos audiamus. Si quis patrē familiās uetus das <sup>Camera-</sup> mos demoliētē, & nouas ædificantē pulchriores primis, rius familiā increpantē suā, curantē tamen, ut ne quid uel cibi uel uestiū desit, & filios non rarò cädentē cū peccant aliquid, tamen ad litterarum studia, & uirtutes omnes, ac pietatem instituentem, uocet non bonum, imò crudelē, & cauendum, quo nomine est appellandus?

Si quis agricolam, qui siluam densescere finat, & iaciat in eam lapides ex agro, & pratis, glabreta, infœcundāq; terrā negligat, interea uineas & agrū colat, uocet imprudentem aut inertem, qualis est homo habendus?

Si quis diem in quo pluuiia sit magna, & simul manna decidat, multis locis, infaustum uocet, atque infælicem, quam erit homo iste prudens censendus?

Camerarius tantinominis uir infælicem esse ait suam ætatem illam, in qua scribebat, cum extitisset Cometa, cum essent alicubi bella, & annonæ caritas, quæ mala nūquā nō alicubi necessariō sunt, & semper fuere, & semper futura sunt: interim scribit in Epilogo hæc uerba, unde summa hominum fælicitas rectè ac meritò continetur, sapientum omnium suffragijs id approbantibus.

*Restitutus est nitor bonarum artium hac nostra ætate, & veritas doctrinæ patefacta est, aperta sunt itinera sapientiae atque virtutis. Cognitionis æterni Dei est nunc incolunitas:*